Sexta conclusio. Deus est causa non solum creaturæ, sed etiam cuiuslibet actionis creaturæ quatuor modis. Hanc ponit S. Thom. de potentia Dei q. 3. artic. 7. dicens. Nō est sic intelligendum, ꝙ Deus in omni re naturali operetur, quasi res naturalis nihil operetur, sed quia in ipsa natura, vel in voluntate operante Deus operatur, quod quidē qua liter posit intelligi ostendendum est. Sciendum nanq; est, ꝙ actionis alicuius rei, res alia potest dici multipliciter cā Vnomodo, quia tribuit ei virtutem operandi, sicut dicitur in 8. Physicor. ꝙ generans mouet graue & leue inquātum dat virtutem, quam cōsequitur talis motus, & hoc modo Deus agit omnes actiones naturæ, quia dedit naturalibus rebus virtutes, per quas agere possunt. Non autem solum sicut generans virtutem tribuit graui & leui, & eam vlterius non conseruat, sed sicut continue tenens virtutem in esse: quia est causa virtutis collatę, non solum quantum ad fieri, sicut generans, sed etiam quantum ad esse, vt sic possit Deus dici causa actionis inquantum causat, & conseruat virtutem naturalem in esse. Nam ét alio modo conseruans virtutem dicitur facere actionem sicut dicitur, quòd medicinæ conseruantes visum faciunt videre, sed quia nulla res per seipsam mouet vel agit, nisi sit mouens non motum. Tertio modo dr̄ vna res esse causa actionis alterius inquantum mouet eam ad agendum, in quo non intelligitur collatio aut cōseruatio virtutis actiuę, sed applicatio virtutis ad actionem, sicut homo est cā incisionis cultelli ex hoc ipso, ꝙ applicat acumen cultelli ad feindendum mouendo ipsum, & q̄a natura inferior agens non agit nisi mota, eo ꝙ hmōi corpora inferiora sunt alterantia alterata, cęlum aūt est alterans non alteratū, & tñ non est mouēs nisi motum, & hoc non cessat quouq; peruenia tur ad Deum, sequitur de necessitate, ꝙ Deus sit cā actionis cuiuslibet rei naturalis, vt mouens & applicans virtutē ad agendū. Sed vlterius inuenimus secundū ordinem causarum esse ordinem effectuum, quod necesse est p̄ p̄ similitudinem effectus & causæ, nec causa secunda pōt in effectum causæ primæ per virtutem propriam, quamuis sit instrumentum causæ primæ respectu illius effectus. Instrumentum. n. est causa quędam effectus principalis causæ non per formam vel virtutem propriam, sed inquātum aliquid participat de virtute causæ principalis, sicut dolabrum non est causa rei artificiatę per formam vel virtutem propriam, sed per virtutem artificis, à quo mouetur, & eam quoquo modo participat. Vnde quarto modo vnum est cā actionis alterius, sicut agens principale est causa actionis instrumenti, & hoc modo etiā oportet dicere, ꝙ Deus est causa omnis actionis rei naturalis. Quanto. n aliqua causa est altior, tanto est communior & efficacior, & quāto est efficatior, tanto profundius ingreditur in effectum, & de remotiori potentia ipsum reducit ad actum. In qualibet autem re naturali inuenimus ꝙ est ens, & quòd est res naturalis, & ꝙ est talis vel talis natura, quorum primum est cōe omnib. entibus, secundum omnib. rebus naturalibus, tertium in vna specie, & quartum, si addamus accidentia, est proprium huic individuo. Hoc igitur indiuiduum agendo non potest constituere in simili specie nisi prout est instrumentum illius causæ, quæ respicit totam speciem, & vlterius totum esse naturæ inferioris, & propter hoc nihil agit ad speciem in istis inferioribus, nisi per virtutem corporis cœlestis, nec aliquid agit ad esse, nisi per virtutem causæ primæ. Ipsum. n. esse est cōmunissimus effectus primus, & interior omnib. alijs effectibus, & ideo soli Deo conuenit secundum virtutem propriam talis effectus: vnde vt dicitur in lib. de causis. intelligentia non dat esse, nisi prout est in ea diuina virtus. Sic igit Deus est cā cuiuslibet actionis, prout quodlibet agens est instrumentum diuinæ virtutis operantis. Sic ergo si consideremus supposita agentia, quodlibet agens particulare est immediatum ad suum effectum. Si aūt cōsideremus virtutē, qua fit actio, sic virtus superioris causę erit immediatior effectui q̄ virtus causæ inferiorum: nā virtus causę inferioris no coniungitur effectui nisi per virtutem superiorū. Vnde dr̄ in lib. de causis, ꝙ virtus causę primę prius influit in catum & vehementius ingreditur in ipsum. Sic igit oportet virtutē diuinā adesse cuilibet rei agenti, sicut virtutem corporis cęlestis oportet adesse cuilibet elementari agēti, sed in hoc differt quia vbicunq; est virtus diuina, est essentia diuina, non aūt essentia corporis cœlestis est vbicunq; est sua virtute. Et iterum Deus est sua virtus, nō autem corpus cęleste, & ideo pōt dici, ꝙ Deus in qualibet re operatur inquantum eius virtute quælibet res indiget ad agēdum, non autem proprie pōt dici, ꝙ cęlum semp agat in corpore elementari, licet eius virtute corpus elemētare agat. Sic igitur Deus est cā cuiuslibet actionis inquātum dat virtutem agendi, & inquantum conseruat eam, & inq̄tum applicat actioni, & inquantū eius virtute oīs alia virtus agit, & cum cōiunxerimus his, ꝙ Deus sit sua virtus, & ꝙ sit intra quamlibet rem non sicut pars essentię, sed sicut tenens rem in esse, sequitur ꝙ ipse in qualibet operatione operetur immediate non excluſa operatione volūtatis & naturæ. Hæc ille. Et ibidē ad tertium dicit, ꝙ in operatione, qua Deus operatur mouendo naturam, operat̄ natura, sed ipsa naturæ operatio est ét operatio virtutis diuinę, sicut operatio instrumēti est per virtutem agentis principalis. Similiter ibidē ad septimum ponit, ꝙ quandocunq; aliqua res naturalis, operatur, Deus influit sibi aliquid, quo actualiter agat: vnde sic ait. Virtus naturalis, quæ est rebus naturalib. in sua institutione collata, ineſt eis vt quędā forma habens esse ratum & firmum in natura, sed illud quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agat est, vt intentio sola habés esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aere, sicut virtus artis in instrumento artificis. Sicut igitur securi. potuit dari per artem acumē, vt forma in ea permanens, non aūt ei potuit dari, ꝙ vis artis esset in ea quasi quædam forma permanens, nisi haberet intellectum, ita rei naturali conferri potuit virtus propria, vt forma in ea permanens, non aūt vis, qua agit ad esse, vt instrumentum primæ causę, nisi daretur ei, quod esset vniuersale essendi principium. Nec iterū virtuti naturali conferri potuit, vt moueret seipsam, nec vt conseruaret se inesse: vnde sicut patet, ꝙ instrumento artificis conferri non potuit, ꝙ operaretur absq; motu artis, ita ét rei naturali conferri nō potuit, ꝙ operaretur absque operatione diuina. Hæc ille. Ex quib. pōt formari talis ratio, cā conferens & conseruās virtutem cuiuslibet agentis secundi, & mouens illā ad operandum, & eam suo effectui cōiungens operat̄ in qualibet operatione agēntis scd̄i, sed Deus est hmōi. igitur &c. maior & minor patet ex p̄dictis. Et in hoc primus ar. terminatur.

Vnom rē esse cām actionis alterius quadrupliciter. Tex. com 33.

Lect. 9.

Lect. 11.

QVantum ad secundum artic. arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primā arguit Aur, probando ꝙ actio, qua Deus ponit immediate creaturam in esse elicituo, est vna actio, trāsiens de genere actionis, & nō est diuina essentia, vt ponitur in prima cōclusione, & in scḋa. Arguit igit primo sic. Effectus in actu exigit cām in actu, effectus. n. & causa simul se ponunt ex secundo Physic. igit simul est Deus cā in actu & creatura effectus in actu, sed p creationem actionē Deus est cā in actu omne. n. agens præcise est agēs in actu qñ actio sua est in actu. Igitur oportet ꝙ dum creatura, quæ est effectus est in actu, creatio actiua sit in actu, & qñ creatura vt est effectus non est in actu ꝙ creatio actiua non sit in actu, aliàs esset cā in actu, effectu non existente in actu, sed velle Dei, vel diuina essentia non solum est in actu qñ creatura producitur actu, sed ét antequam producatur ergo diuinum velle vel diuina essentia non est illa creatio Dei actiua. Sed forte inquit dices, ꝙ secus est de agente libero, & de agēte naturali, quia agēs naturale oportet ꝙ in eodem instāti, quo est effectus eius, sit sua actio, & econtra, sed hoc nō habet locum in agente libero. Nam agens liberum pōt velle agere aliquid pro aliquo instanti, in quo non est sua volitio, sicut ego possum velle nunc in actu aliquid, sed non pro nunc, sed pro alio instanti, & si voluntas mea esset potentia factiua, & esset efficax, sicut nunc volo aliquid pro instanti b. sic per illud velle meum poneretur in esse pro instanti b. & non pro aliquo alio instanti, & tñ in alio instanti fuit velle meum in actu sine hoc, ꝙ illud poneretur in esse pro illo instāti. Sed ista responsio inquit confirmat propositum. Ex hoc. n. apparet, ꝙ velle non sit illa actio, qua agens est in actu, quia velle eius pro instanti, in quo est, non ponit effectū. Contradictio autem vt ꝙ creatio sit in actu, & creatura nō sit in actu. Per te autem ab æterno erat velle diuinum & diuina essen-

Contra primam conclusionem Aur. 2. dist. 1. & 1. dist. 27. & 42.

Vtrum creatio actiua Dei sit ipsa Dei essentia.

Tex. com. 57.